

Concilium Vratislaviense quo pars quinta
redditionum ecclesiasticorum Pontifici maximo co-
cessa ad triennium anno domini MCCXLVIII.

Jacobus Leodiensis archidiaconus Innocenti papa
III ex concilio Lugdunensi legatus in Soloriam venit
et synodum apud Vratislaviam egit. Ad quam
Fulco Presnensis archiepiscopus, Prandotha Cracoviensis
Boguphalus Cosnaniensis, Thomas Vratislaviensis, Micha-
el Uladislaviensis, Andreas Rocensis, Nankerus Lu-
bucensis, Henricus Culmensis episcopi venerunt, et
nomine Apostolicae sedis expositis pluribus angustiis
ejusdem sedis, medietatem fructuum per tres annos co-
tinuos pro relevamine populi. Pontifices vero ecclesie
Solorie, quintam partem fructuum suorum bene-
ficiorum et sui deni obtulerunt. Et summo Ponti-
fici per Johandum penitentiarium cito transmiserunt.
Et quia vetus observantia in regno Solorie ab initio
fidei suscepta, in illam diem festa custodiebatur, ut je-
junium Quadragesimale a dominica septuagesima in
diem Pasche continuaretur, cum frequenti prava ca-
utione et gravi discordia inter clericum et laicos: ideo
inter prefatum Jacobum Leodiensem archidiaconum
legatum papae ac pontifices Ecclesie Solorum hujus-
modi consuetudine a Romana ecclesia et aliis regnis ca-
tholicae religionis discrepante, ventilata, auctoritate Apo-
stolica et consensu presentium pontificum, praedictus
Jacobus legatus tam ecclesiasticis, quam secularibus perso-
nis, eum carnium ad diem cinerum exclusive con-
cessit: ab eo tempore dominica septuagesima a So-
lonis vetus carnisprivium nominari cepit, et ita hae-
tenus nominatur.

2 BIBLIOTEKI DZIAWISKIEJ
KRAKOWSKIEJ.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[A small, faint rectangular stamp or mark located near the bottom center of the page.]